

scutellari, commissura vittaque discoidali ante medium clavi, plaga elongato-triangulari pone medium corii apiceque cunei nigro-fuscis vel nigris; inferne sordide flavens, pectore lateribus maculis nigricantibus, ventre utrinque serie punctorum nigricantium. ♀.

Austria (Box!), D. Handlirsch (Mus. Vindob.).

4. *Actinonotus pulcher* (H. S.)

Var. γ bivittata n.: Capite, pronoto scutelloque sordide virentibus, fronte macula media, pronoto marginibus lateribus, vittis duabus disci iis parallelis (intermediis obsoletis) margineque basali versus angulos, scutello basi nigris; cetero ut typus. ♀.

A. d. Prof. Mayr lecta (Mus. Vind. ut *Capsus tunicatus*).

Var. δ reducta n.: Capite, pronoto scutelloque sordide flavo-virentibus, solum marginibus pronoti antice et postice basique scutelli nigris. ♀.

Ut praecedens.

Var. ε rubra (Reut.): Superne rubra, capite apice, lineolis tribus clypei gulaque (♀) vel clypeo toto maculaque magna frontis postice in verticem producta (♂), pronoto macula media mox pone stricturam apicalem saepeque etiam (♂) angulis anticis et posticis, scutello macula basali nigris, interdum (♂) scutello apice excepto nigricante; hemielytris totis rubris (♀) vel macula anguli interioris apicalis margineque laterali corii nec non apice cunei nigricantibus (♂); membrana sat leviter fumata, venis rubris; pedibus sordide flavescenti-rubris, coxis nigris, femoribus seriatim nigropunctatis, tibiis apicem versus latius (♂) vel apice (♀) tarsisque nigris; pectore abdomineque nigricantibus, epipleuris pronoti, mesopleuris marginibusque acetobulorum posticorum sordide flaventibus, epipleuris pronoti maris superne rubris, ventre lateribus et apice, feminae etiam medio rubro. ♂♀.

Actinonotus ruber Reut., Wien. Ent. Zeit. VII (1897) p. 197.

Thuringia (Schneekopf, 3000' s. m.), D. Schmiedeknecht; etiam in Mus. Vind. ut *Capsus sexguttatus*.